

nullo timore Dei præditi, ibi nec est Hierusalem ciuitas Dei, nec benedictio Domini à Zijon, nec felix rerum status: sed Babylon ciuitas confusionis, maledictio satanæ, & infelicissima omnium rerum confusio, in qua ciuitate citò eximi ex hac vita, multò est felicius, quàm videre filios filiorum, & iram Dei quotidie grassantem.

## PSALMVS CXXIX.

CANTIGVM GRADVVM.

**G**loriatur populus fidelium, auxilio Domini factum esse, vt nihil contra se conatus impiorum efficere potuerint.

VERS. I.



**S**AEP E adflixerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel.

2. Sape adflixerunt me à iuuentute mea, verùm nõ præualuerunt mihi.

3. Supra dorsum meum ararunt aratores, protraxerunt sulcum suum.

4. Dominus iustus, concidit funes impiorum.

5. Confundantur & auertantur retrorsum, omnes qui oderunt Zijon.

6. Fiant sicut gramen tectorum, quod priusquam euellatur, arefcit.

7. De quo non implet manum suam, qui metit: nec sinum suum, qui manipulos colligit.

8. Nec dicunt prætereuntes: Adsit vobis benedictio Domini, benedicimus vobis in nomine Domini.

LECTIO

Sape adflixerunt me. ] Ebr. צררני Græc. ἐπολέμησάν μου. Vulg. Lat. Expugnauerunt me. Sic Hieronymus, & Felix. Iustin. Oppugnauerunt me. Pagnin. Multum angustijs affecerunt me. Camp. Vehementer nocere conati sunt mihi.

Vers. 1.

Verùm non præualuerunt mihi. ] Ebr. לא יכלו לי: id est, Etiam non valuerunt mihi. Græc. & vulgat. Lat. Etenim non potuerunt mihi. Hieron. Sed non potuerunt mihi. Pagn. Etiam non præualuerunt mihi.

Vers. 2.

Supra dorsum meum ararunt aratores. ] Ebr. הרשו חרשים. Græc. & vulg. Lat. Fabricauerunt peccatores. Hieron. Supra ceruicem meam arabant arantes.

Vers. 3.

Protraxerunt sulcum suum. ] Ebr. האריכו למעצתם. Græc. & vulgata Latina: Prolongauerunt iniquitatem suam.

Vers. 4.

Concidit funes impiorum. ] Ebr. עברו רשעים. Græc. & vulg. Lat. Ceruices peccatorum. Hieron. Laqueos impiorum. Felix: Iugum impiorum. Cætera satis conueniunt.

EXPLA-

**NATIO.** Sape adflixerunt me à iuuentute mea. ] Absolutur hic Psalmus duabus partibus. Prima continet priores quatuor versus, quibus populus Dei contra quosuis inimicorum suorum conatus diuino se auxilio sæpenumerò seruatum esse gloriatur: altera absolutur reliquis quatuor postremis versibus, quibus omnibus osoribus Zijonis & confusionem & interitum imprecantur.

Vers. 1. &amp; 2.

Primis duobus versibus hortatur Israël Psalter, vt dicat: Sape adflixerunt me à iuuentute mea, verùm non præualuerunt mihi. Iuuentutem Israelis intelligunt quidam tempus illud, quo in Ægypto detinebatur. Ab eo se canit Israël sæpenumerò ab inimicis adflictatum, & angustijs pressum: verùm semper esse seruatum, nec permissum hostibus, vt se prorsus opprimerent. Repetit hanc gloriationem, tanquam talem, quæ nunquam sit obliuioni tradenda.

Vers. 3.

Supra dorsum meum. ] Quasi dicat: Perinde adflixerunt nos inimici, ac si quis agrum aratro proscindat. Mentione dorsi innuunt onera seruitutis. Et quoniam illa aliquoties diuturna & proluxa fuerunt, canunt hostes protraxisse sulcos suos.

Vers. 4.

Dominus iustus, concidit. ] Liberationem è seruitute comparant amputationi funium, quibus iuga bouum ligantur. Dominus, aiunt, iustus: id est, æquus & bonus, funes impiorum: hoc est, potentiam ac violentiam hostium, qua veluti funibus quibusdam detinebamur, nostri misertus concidit. Sic rationem reddunt, qua factum sit, vt hostes ipsis non præualuerint.

Vers. 5. 6. 7.

Confundantur. ] Quatuor hisce versibus primùm confusionem imprecantur hostibus: talem videlicet, qua sensu potentie Dei percussi, perinde retrò cedant, ac illi solent, qui ante faciem hostium magna cum ignominia terga obuertere coguntur. Quoniam respexerat, ac magna cum gloria liberauerat Dominus populum Zijon, precantur, vt inde omnes osores ipsorum pudefacti, ab infestatione & tyrannide sua summo cum dedecore desistere cogantur. Deinde orant, vt perinde arefcant, ac gramen tectorum arefieri solet. Solet autem illud, licet ad tempus virefcant, citiùs arefcere, propter humoris defectum. Sic dicunt: Fiant sicut gramen tectorum, quod priusquam euellatur, arefcit: quod si quis metere vellet, & in manipulos colligere, nec manum, nec sinum replet. Neq; tanti momenti messis esset, vt quisquam ex prætereuntibus benedictionem messoribus huiusmodi apprecaretur. Sic sunt tecta in ea regione, vt facile illis gramen innascatur: ac rursus propter Solis ardorè, & humoris tellurisq; defectum, facile exarefcant. Orant igitur, vt ad eum modum impij, etiam ad tempus virefcant, & luculenta fortuna perspicui reddantur, ac potentes, cõfestim tamen omni rerum successu priuati, opibus, gloria, & potentia spoliati, velut arefcant, & in nihilum redigantur: tamquæ contempti fiant, quàm est fœnum tectorum, cuius nemo vel tantillum habet rationis.

Vers. 8.

OBSER.

Sape adflixerunt me à iuuentute mea. ] Obseruemus hanc vocem populi Dei, populi eius regis, qui dominatur

Vers. 1.

in medio  
Dei, vt non sol  
non debemus  
dispenfati  
frequent  
Deinde & c  
& hum  
Hoc etiam facit  
primordijs  
Dei, qu  
in histori  
Simul admon  
memores sim  
Israel.  
non præual  
præualeant.  
vt vel p  
Neutr  
prorsus per  
dorsum me  
illi, qui iug  
Cogn  
Quib  
no con  
dones  
aratores, supra dor  
splendid  
Dominus iustus: con  
subiecti sunt,  
concidant. Vt  
quibus lupum con  
nis grana subiecit  
iugo seruitutis  
& captiui li  
Confundantur & a  
sed orat & optat, di  
in manu piorum, se  
ur & auertantur.  
Omnes qui oderunt  
non proprie vindic  
pressionem impre  
Fiant sicut gramen  
in impiorum, g  
agn comparat. H  
nitum, quod mu  
preferatur. Deind  
filius, vthreat in  
opione, propter  
nam. Transiui, in  
citus arefcunt, &  
rum, propter quan  
tere vellet. Perin  
si quis eos colat, &  
conetur. Plus enim  
lamenti.  
Est etiam illud  
vni, benedicimus vob  
antes prætereunt  
& emolumento op  
sue benedictione  
de hunc anim  
re. Mos

B